**adhortatio, -onis f.** *actus adhortandi, admonitio, incitatio*: Iulianus ... Vladislaum multis adhortationibus flexit, ut *etc.*: PETR.RANS. *Epit. Io.Corr.* 23.

**adhortor, -ari** *admonere, incitare*: Adhortante eum Nassica protinus conflagere (τοῦ Νασικᾶ παρακαλοῦντος αὐτὸν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν) ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.70.

**adhuc** \*(*ad hoc*: 1353 *CD And.* VI p.107; *adhuc*: 1301 *CD Zichy I* p.104; *aduch*: 1234 *CD patr.* VIII p.30; *athuc*: 1299 *Teutsch, Urkb.* I p.216 *et Form.Styli* I,242 [p.148]; *haduc*: 1268 *CD Arp.cont.* III p.191 *et* 1331 *CD And.* II p.542) **1 a** *sensu temporalis; de praesente*: *usque nunc, etiam nunc*: Post pugnam Pharsalicam cum Pompeius profugisset, Nonius autem quidam dixisset adhuc (ἔτι) apud se aquilas septem esse: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.81. **1 c** *de futuro*: *porro, etiam in futuro*: Apprensam manu eius „Adhuc (ἔτι) mihi” inquit „es necessarius”, et retinuit hominem annum integrum: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.84.

**adiaceo, -ere, -iacui** **1 b** *iuxta v. prope iacere, situm esse, finitimum esse; cum praep.*: Cum ... terram undique circumcirca ipsam civitatem nostram adiacentem ... contulissemus ... fidelibus nostris: 1333/1470 *Csáky oklt.* p.65.

**2. adicio, -ere, -ieci, -iectus** **1 b addere, adiungere; de incorporabilibus:** Cum reversus e Laconia una cum collegis capitali iudicio reus ageretur, quia contra legem quaternos menses adiecisset (ἐπιβαλὼν) imperio: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.64. **3 dedere, subicere:** Ipse ... sese Alexandro ... dedidisset et potentatui praesesse iussit et regionem adiecit (προσέθηκε): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.46.

**adigo, -ere, -egi, -actus** **3 impellere, cogere:** Cum vidisset in somnis auream messem metere Mithridatem, ... Demetrio filio rem aperiens iureiurando adegit (ὄρκωσε) taciturnum: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.48.

**adimo, -ere, -emi, -emptus** *demere, auferre:* Censor ... adolescenti equum ademit (ἀφείλετο): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.74.

**adimpleo, -ere, -evi, -etus** **B 1 transl.:** *efficere, peragere, perficere, praestare sim.; gener.:* *dictum, officium, servitium, votum sim.:* Ego ... vestre serenitatis preceptum reverenter ... adimplere et exequi *cupivi:* 1280 CD *Arp.cont.* XII p.311. Quatenus ordinatio huiusmodi nobilium per te valent (*recte:* valeat · adimpleri: 1290 *Reg.Arp.* II/4 p.25. Ad omnia premissa ... efficienda et adimplenda nos sub fide et honore nostris ... obligatos fecimus: 1455 TT 1901 p.180. Vicarius ... eligitur frater Bartholomaeus, ... ut vicem praedecessoris adimpleat (*cf. inferius:* cuius vicem ... complevit frater Stephanus): *Chron.F.M.O.* p.251.

**adinvenio, -ire, -inveni, -inventus** *\*(adiu venit: 1526/XVII Komárom vm.okl. p.135)* **2 a excogitare, componere; in bonam partem; \*cum inf.: Peritorum ea industria virorum litterarum patrocinio solidare, nec non perpetuare adinvenit res gestas: 1243/1692 CD *Arp.cont.* VII p.146. **2 b in malam partem:** Ut ... incole civitatis nostre Leuchoviensis ... cives nostros ... in ... eorum libertatibus ... diversis exquisitis et excogitatis et adinventis novitatibus ... multimode impedirent: 1434 Domanovszky, *Szep.* p.204. Quod ... Blasius ... ac Simon ... dictos exponentes quadam via adinventata mediante brevi evocatione in personalem presenciam regie maiestatis traxerint in causam: 1479 *Dl* 18 174. *\*Vide etiam* advenio.**

**adinventio, -onis f.** **A 1 b actus inveniendi (transl.); excogitatio, inventio; in malam partem:** Quod rex ... abiectis omnino paganicarum adinventionum sacrilegis ... ritibus in catolici habitus honestate reformare incontinenti debeat se: 1288/? Sz 1910 p.4.

**adipiscor, adipisci, adeptus sum** *\*(adhipiscor)* **a accipere, nancisci, potiri sim.; bona, possessionem sim.: Cum Siciliae adipiscendae spe frustratus (ἐπεὶ δὲ Σικελίας ὀποτυχῶν ἐξέπλει) renavigaret: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.50. **c coronam sim.:** Pro fidelitatibus ... per ipsos ... nobis solium et regimen ipsius regni Hungariae opitulamine celico adhipiscendo (*recte:* adipiscuntibus) nostre maiestati exhibitis ... possessiones ... eisdem ... duxerimus conferendas: 1439 Pesty, *Szörény* p.37. **d rem abstractam:** A qua ecclesia nos sumus et nostri progenitores fuerunt coronati, uncti et regium honorem consecuti et adepti: 1256/1332 *Mon.Str.* I p.437. Interrogatus, quonam modo pater eius, cum esset pauper et privatus, Syracusanorum adeptus esset (ἐκτίσαστο) imperium *etc.:* IAN.PANN. *Plut.dicta* p.38.**

**aditus, -us m.** \*(additus) **B 1 transl.:** *facultas*: Ne ... malignantibus additus pateat litigandi: 1285/1330 *Reg.Arp.* II/2–3 p.356.

**adiudicatio, -onis f.** **2 a iudicium; gener.:** Litem ... suscitata praesens eorum adversarum per adjudicationem Mogh palatini nostri supportatis (*sic, textus in transsumpto valde corruptus est*) ... duximus terminandum: 1206/1629 *CD Slov.* I p.110.

**adiudicatorius, -a, -um a ad litem v. iudicium pertinens; gener.:** Receptis ... palatini ... adjudicatoriam formam sue iudiciarie deliberacionis ac possessionarie divisionis in se experimentibus (*sic*): 1424 *Komárom vm.okl.* p.37. Quod ... Blasius ... iuxta compositionem et arbitrium deliberacionemque per modum adjudicatorie ordinacionis proborum ... virorum ... prestitit sacramentum: 1456 *Békésmegyei oklt.* p.75.

**adiudico, -are 3 d obligare, iubere; sequitur enunt. cum 'ut':** Nos ... adjudicavimus, ut quatuordecim homines ... super eandem terram sacramentum prestarent: 1238 *CD Arp.cont.* VII p.63.

**adiumentum, -i n.** *auxilium*: Item nobilibus pocioribus, qui fuerunt in facto emissionis et adiumento ad connumerandum et exigendum, florenos 19 *dederunt dicatores*: 1502 *Solymosi, Adó* p.214.

**adiunctio, -onis f.** **1 additio, coniunctio:** Quod populi ... servitia debita ... nobis ... exhibere absque divisione, discrepatione et separationis cuiuslibet novitatis seu adiunctionis obstaculo remoto impendere teneantur: 1280/1463 *Reg.Arp.* II/4 p.78.

**adiungo, -ere, -iunxi, -iunctus** \*(adiugo; ad iungo) **A 3 pass.:** *adiacere*: Terra filiorum Gyunar ... adiugitur terre supradicte: 1274/1329 *Reg.Arp.* II/2–3 p.84. **B 1 de personis: comitem alicui dare:** Cum ... Michael ... cum octaginta (*sic*) personis nobilium se ad iuncto (*sic*) sacramentum prestare debuisset: c.1293 *CD Arp.* p.159. Invitatus ad coenam, cum multos sibi in itinere adiungeret (ἐπήγετο), ... admonebat *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.41. \*Nota: *in malam partem*: Si ablatas ... Christianis sponsis sponsas legitimas Neugariorum suorum fedis adiungat amplexibus *rex*: 1288/? *Sz* 1910 p.10.

**adiuro, -are 2 b iurare iubere; iuri iurando adigere; iur.:** Aegyptiorum reges ex sua ipsorum lege iudices adiurabant (ἐξώρκιζον), quod etiam si rex iusserit, nihil iniquum iudicabunt: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.35.

\***adiutamentum, -i n.** *auxilium, adiumentum*: Stephano et Benedicto, ... ex quo prestiterint adiutamentum edificatoribus acervorum infra quatuor dies, dedi sales VIII: 1474 *DI* 103 760.

**adiutor, -oris m.** **a qui adiuvat, auxiliator; de Deo v. hominibus:** Sanctus Michael nobis fuit adiutor in multis causis regni: s.1082, a.1327 *CD patr.* IV p.1.

**adiutorium, -i n.** **1 a auxilium, subsidium; \*synonimae et iuxta-** *posita: 'auxilium':* 1415/1416 *Sopron tört.* I/2 p.92, IOH.VITÉZ *Epist.var.* 5,8, 1459 *Kaprinai, Dipl.* p.280, 1508 *Sopron tört.* I/6 p.246; *'consilium':* *Visit. Str.* p.21; *'iuuamen':* 1277 *CD Arp.cont.* IX p.189; *'ops':* 1477/XVIII *Teleki, Hunyadiak* XII p.23; *'suffragatio':* 1333 *Bánffy oklt.* I p.79;



\**iuncturae verbales*: 'a. exhibere': IOH.VITÉZ *Epist.var.* 20,9; 'a. impendere': 1298 CD *Arp.cont.* XII p.619.

**adiutrix, -cis** f. \*(adiuditrix) **b** *adiuvans, auxilium ferens; adi.*: Qui ... manus porrexissent adiuditrices: 1521 MTT XII p.153.

**adiuumentum, -i** n. *auxilium, opera*: Extunc ... singuli colonorum pro adiu<v>amento et auxilio eisdem adesse debeant: 1514 D1 22 646.

**adiuvo, -are** a *auxiliari, favere; de Deo v. homine; gener.*: Qui cum ... Laelium circumducere ac suffragiis adiuuare (συναρχαίρεισιάζειν) velle spopondisset: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.73.

\***adlego, -ere, -legi, -lectus** *legere in locum aliquem, adnumerare – beválaszt, kijelöl*: Quendam e familiaribus Antipatri cum adlegisset (κατατάξας) in ordinem iudicum, deinde sensisset mentum et caput tingere, continuo removit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.42.

**administratio, -onis** f. **B** a *munus, officium administrantis; gener.*: Rex sicut Tartarum, sic nec Sarracenum ... in dignitatibus, castellanis seu quibuslibet officiis regalium vel regni officiorum amministrationibus publicis vel privatis teneat: 1288/? Sz 1910 p.4. **B** c *de munere ecclesiastico*: Universis ecclesiasticam administrationem habentibus sub pena ... suspensionis ab officio et beneficio firmiter ... precipimus, quatenus etc.: 1288/? Sz 1910 p.10.

**administro, -are** **A** **1** *de iis, qui magistratum gerunt: fungi, gubernare, moderari*: Pericles imperium administraturus (ὁπότε μέλλοι στρατηγεῖν) inter induendum trabeam ad se ipsum dicebat etc.: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.53. **B** **2** *de iis, qui aliquid dant: dare, afferre, praeberre; dona, munera sim. donare, tribuere*: Ceterum quicquam (sic) de ipsis fratribus nostris viam universe carnis fuerit ingressus, redditus eiusdem in omnibus infra centum dies a die depositionis sue, cuiquam commiserit, amministrentur: 1307/1315 *Reg.Slov.* I p.240.

**admirabilis, -e** a *mirandus, mirus; gener.*: Cum audisset philosophum disserentem solum sapientem bonum esse imperatorem: „Sermo quidem” inquit „admirabilis (θαυμαστός), sed auctorem sermonis tuba non circumsonuit”: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.61. Atqui quanto aliquid in bonis rarius sit, tanto est pulchrius, tanto admirabilius, tanto charius: 1523/? *Sopron tört.* I/7 p.62. Religio ... tam admirabilis apparebat, ut non solum praelatos, sed et alios converteret in stuporem: *Chron.F.M.O.* p.221.

**admiratio, -onis** f. **1** a *actus admirandi; cum notine venerationis*: Dionysius profitebatur multos se alere sophistas, non quia ipse illos miraretur (θαυμάζων), sed ut per illos admirationi esset (θαυμάζεσθαι): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.38. At Iudaei admiratione percussi (θαυμάσαντες) ... eius se potestati permiserunt: *Ibid.* p.50. Post haec visa sunt ibi quatuor sepulchra in profundo Danubii fluvii, alias turbido supra sepulchra non sine admiratione omnium, qui aderant: *Chron.F.M.O.* p.236.

**admiror, -ari** a *mirari, demirari; abs.*: Ismeniam ... tibia canere iussit; admirantibus caeteris (θαυμαζόντων δὲ τῶν ἄλλων) ipse deieravit equum se libentius audire hinnientem: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.36. **b** *in*

*bonam partem cum notione venerandi*: Quem ex omnibus philosophis maxime fuerat admiratus (ἐθαύμασεν): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.49.

**admisceo, -ere, -miscui, -mixtus** **1** *miscere aliquid alicui rei*: Actio-num plurimae fortunam habent admixtam (τύχην ἀνομιμιγμένην), sententiae vero ... inter negocia ... editae tamquam in speculo pure uniuscuiusque animum praebent intuendum: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.33.

**admissio, -onis f.** *concessio, assensus, acceptio, \*cum gen.obi.*: Quod terram, ... quam ex petitione et voluntaria ordinacione populorum de Gemnik pro admissione capelle in villa Gemnik ... consecuti sumus et adepti, ... Iohanni ... vendidimus: *1305 Reg.Slov.* I p.175.

**admitto, -ere, -misi, -missus** **2** *a transl.: accipere, concedere, permittere, locum dare alicui; subi. persona*: Cum eum imperatorem milites salutassent, ait non admittere se honorem (μὴ δέχεσθαι τὴν τιμήν), donec hostile vallum staret erectum: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.78.

**admodum adv.** *valde, nimis; cum verbo*: Ac si qui non admodum laudaverant (τοὺς μὴ λίαν ἐπαινοῦντας), eos brutos et barbaros appellabat: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.81. \**Vide etiam ad modum cum gen.*

**admoneo, -ere, -monui, -monitus** (ammoneo) **1** *a attentum facere, monere, \*dicere; gener.*: Hieron ... neminem aiebat liberius sese ammonentem (μηδένα τῶν παρρησιαζομένων): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.37. Cum admonuisset quidam (ἔφη δέ τις) inventum iri apud Lucullum anno totalentem (*sc. turdum*), etc.: *Ibid.* p.79. **2** *c incitare, hortari, iubere; cum inf.*: Mittens ad unum quemque amicorum internuncios, placentiae locum relinquere admonebat (πλακοῦντι χώραν ἐκέλευεν ἀπολείπειν): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.41. **d sequitur enunt.**: Filium admonebat, ut cum Macedonibus quoque iocundissime conversaretur (τῷ ... υἱῷ παρήγει ... ὀμιλεῖν) gratia comparandae sibi popularis potentiae: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.41.

**admoveo, -ere, -movi, -motus** **1** *facere, ut aliquis v. aliquid propius sit v. assit, adducere; \*pass.: accedere – szenv.: odamegy*: Propius ... admotus tibi edisseram (ἐγγὺς ... φράσαι σοι βούλομαι προσελθών): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.41.

**adoleo, -ere, -ui** *cremare, incendere*: Adolente eo thura (Ἐπιθυμιῶντι ... αὐτῷ) abundantius, ... Leonides paedagogus ... inquit etc.: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.43.

**adolescentulus, -i m.** \*(adolescentulus) *puer admodum iuvenis; \*gener.*: Themistocles etiamnum adolescentulus (ἔτι μειράκιον ὄν) inter vina et scorta volutabatur: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.51. \***2 spec.**: *iuvenis nobilis(?) serviens v. minister – apród (?) v. szolgagyerek*: Excogitatā quadam astutiā, misso prius quodam adolescentulo scilicet suo eidem exponenti ignoto ad hospitium eiusdem actoris, eundemque ex hospitio suo ... nomine egregii Lodovici Zerechen ... vocari fecit: *1506 Podmaniczky oklt.* I p.494.

**adolesco, -ere, -evi, adultus** **1** *ad adolescentiam pervenire*: Attalus ... adhuc vivens Eumenis filio iam adulto (ἐνηλίκῳ γενομένῳ) regnum tradidit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.49.

**adoptatio, -onis** *f. iur.: adoptio*: Natura ... Iuppiter parens omnium est, peculiari vero adoptione praestantissimorum (ἑαυτοῦ δὲ ποιεῖται τοὺς ἄριστους): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.44.

**adopto, -are** 2 **b** *iur.: in heredem asciscere*: Quattuor mares filios sortitus, duos ... aliis tradiderat adoptandos (δύο ... ἐτύγγαονεν ἐκδεδωκῶς ἑτέροις θεέσθαι): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.70.

**adorior, -iri, -ortus sum** 1 **a** *invadere; milit.*: Macedonibus ... Atticam adortis (τῶν Μακεδόνων προσαλόντων) ... eduxit iuventutem: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.56. Numantinos adortus vertit in fugam (ἐπιθέμενος ... τοὺς Νομαντίνους ἐτρέψατο): *Ibid.* p.75. Quamquam imber prohibebat, tamen adorti (ὀρμήσαντες) castra diripuerunt: *Ibid.* p.78.

**adorno, -are** 1 **b** *decorare, pulchrum facere; transl.*: Viro discreto, ... magistro Dominico, scienciarum titulis adornato ... inclinacionem: 1307–21 *Reg.Slov.* I p.244.

**adoro-, -are** \*3 (*regem*) *salutare – (királyt) üdvözöl, köszönt*: Domini ... flexis usque terram genibus regem adorarunt: 1452 Sz 1910 p.560. Rege mox declarato Xerxe Arimenes ... continuo adoravit (προσεκύνησε) et diadema imposuit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.34.

**adsum, adesse, affui** A 1 *de personis: praesentem esse, venisse, comparere*: Cum ... e militibus quidam ei maledicerent ignari propius adesse (ἀγνοῦντες ὅτι πλησίον ἐστίν) hominem: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.47. Cum centuriones dicerent nondum omnes adesse (μηδέπω πάντα παρῆναι): *Ibid.* p.52.

**aduccio** *vide* adductio

**adulescentulus** *vide* adolescentulus

**adulter, -era, -erum** 1 *matrimonium violans, \*impudicus*: Acerrime increpuit pueros, quasi propemodum adulter eorum operā factus (μοιχὸς γενόμενος): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.43.

**adulterinus, -a, -um** (adulterius) \*3 *impudicus, libidinosus, matrimonium violans – fajtalan, parázna, házasságtörő*: Quod illam personam ... adulterinis sibi amplexibus colligatam ... alicui, dum tamen catolico, matrimonialiter copularet: 1288/? Sz 1910 p.5. Quod ... illam viperam venenosam, ... adulterinis sibi nexibus colligatam, ... a carnali sua cohabitatione seiunctam ... alicui ... matrimonialiter copularet (*sc. rex*): *Ibid.* p.9. Lata de adulteriis (περὶ τῶν μοιχῶν) lege: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.84.

**aduncus, -a, -um** 1 *uncus, hamatus*: Persae adunco praeditos naso amant et pro speciosissimis habent (τῶν γρυπῶν ἐρῶσι): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.33.

**aduno, -are** 1 *coniungere, in unum cogere*: Contione adunatā (Ἐκκλησίας ... γενομένης) dicenti cuidam ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut. dicta* p.55. \**Sensu med.*: Ubi Anduchpothaka (*i.e. rivus Anducus*) veniet adunando ad ipsum Feketeviz (*i.e. Aquam Nigram*): 1319 CD Zichy I p.164.

**aduro, -ere, -ussi, -ustus** \**De exustione lapidis calcarii*: Hic, ubi fumificis (*ed.*: fulnificis) olim fornacibus aetna / ignea erat (*cf. OVID. Met. XV, 340–341*), munus recoquendae calcis adustum: TAUR. *Staur.* I,181–182.

**adustio, -onis f.** *exustio, \*incendium, incensio; \*proprie:* Quod ... Iohannes ... dictos Teutonicos in eadem ecclesia ignis adustione et ipsa ecclesiā ipsorum penitus adustā interemisset: 1377 VSz 1969 p.619.

**\*adveho, -ere, -vexi, -vectus** *apportare, importare – odahoz, behoz, -szállít:* Atticas caricas esurum se negabat venum advectas (ἰσχύαδας ... ὠνίους κομισθείσας), sed tunc demum, cum ferentem eas terram obtinuisset: IAN. PANN. *Plut.dicta* p.34.

**advenio, -ire, -veni, -ventus** (adinvenio) **1** *a sensu locali: ad aliquem locum v. personam venire, pervenire; de personis; gener., \*hic in appellatione festi Epiphaniarum:* Anno Domini 1432. Registrum omnium expositorum inchoatum in die Circumcisionis Domini. ... Ecce advenit (*orig.[?]:* adinvenit) dominator (*cf. Is. 3,1; 10,33; sequuntur erogata*): 1432 Fejérpataky, *Szám.* p.301.

**advento, -are** **A 1** *sensu locali; appropinquare, advenire:* Ubi accepit fratrem adventare vivum (προσιόντα ζώντα), obviam processit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.49. Rege Antiocho magnis copiis in Graeciam adventante (Ἀντιόχου ... ἤκοντος εἰς τὴν Ἑλλάδα): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.69.

**adventus, -us m.** **A 1** *a actus adveniendi v. perveniendi; de personis; gener.:* Iam adventus nostri fructum aliquem (τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν ... ἀπολελαύκασι) Alexandrini perceperunt: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.74.

**adversio, -onis f.** **\*3** *animadversio, visus (alicuius rei) – látás, szemlélés (vmié):* Immensorum quippe dolorum causam multiplicem ... regnicolis univervis indesinenter ingerit (*sc. rex*), quod non lacrimandum quis referat, quod non lugendum quis audiat, novi ... Protei prefati, domini regis adversio flagitiorum: 1288/? Sz 1910 p.2.

**adversor, -ari** *repugnare, obsistere: a de hominibus:* Comes Martinus ... contra aciem adversantem viriliter dimicans quendam Teotonicum militem ... captivavit: 1293 *Reg. Arp.* II/4 p.111. Corpulentis adversabatur (τοῖς πολυσάρκοις ἐπολέμει), ita ut quendam talem militiā removerit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.62. Scipioni viventi adversatus (πολεμῶν) mortuum indoluit: *Ibid.* p.76.

**2. adversum, -i n.** **A** *incommodum, malum, calamitas (fere plur.):* Ut temporaliter et spiritualiter vitare valeritis adversa: 1288/? Sz 1910 p.8.

**2. adversus v. adversum** **A 2** *a praep. (acc.); contra; gener., \*praec. milit.:* Lacedaemoniis adversum Athenienses ... victoriā potitis (Λακεδαιμονίων ... νικησάντων Ἀθηναίους): IAN.PANN. *Plut.dicta* p.60. C. Domitius, ... quem Scipio Magnus bello adversus Antiochum (ἐν τῷ πρὸς Ἀντιόχον πολέμῳ) fratri Lucio ... legatum addidit: *Ibid.* p.69. Bellum gerens adversus Hispanos iuxta Baetim amnem incolentes (πολεμῶν τοῖς περὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν οἰκοῦσιν): *Ibid.* p.72. Transgressus in Africam adversus Domitium et grandi praelio superior factus (Εἰς ... Λιβύην διαβάς ἐπὶ Δομίτιον καὶ μάχη μεγάλη κρατήσας): *Ibid.* p.78. Patescens adversus Caesarem discordiā (Τῆς ... πρὸς τὸν Καίσαρα διαφορᾶς ἀποκαλυπτομένης): *Ibid.* p.79. Romae <ad>versus Catulum ... de <ro>ntificatu contendens (πρὸς Κάτλον ... ὑπὲρ τῆς ἀρχιερωσύνης καταστάς): *Ibid.* p.81–82. Ex Gallicana provincia Rubiconem fluvium transiit adversus Pompeium (διέβη

τὸν Ῥουβίκωνα ποταμὸν ἐκ τῆς Γαλατικῆς ἐπαρχίας ἐπὶ Πομπήιον): *Ibid.* p.82.

**adverto, -ere, -verti, -versus** \**animum: vertere, dirigere in v. ad aliquid – figyelmet: fordít, irányít vmire v. vmi felé*: Machaetae cuiusdam causam discutiens et subdormitans, non satis animum advertebat (οὐ πόνυ προσεῖχε) ad ius: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.42. Antigonus ... cum ... ex amicis quenpiam (*sic*) ... hortaretur, ne quicquam animum adverteret (μὴ προσεῖχειν), si quid ipse scriberet, *etc.*: *Ibid.* p.48. **1** *animadvertere, intellegere, sentire, \*videre; \*abs.:* Productis, quam graviter advertere Christiana valet sinceritas, arte mira ex oculis fallacibus lacrimis copiosis: 1288/? Sz 1910 p.4. Adolescentes ... cum aliquando componere vellet tumultuantes, illi vero parum adverterent (ὡς οὐ προσεῖχον), *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.84. **a cum acc.:** Cum advertisset aegre id ferentem Evium (τὸν ... Εὐτιον ὄρων ἄχθόμενον), *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.45.

**advoco, -are** **1 a** (*ad aliquem locum v. personam*) *vocare, venire iubere, \*convocare; proprie:* Atheniensium ... concione advocata (ἐκκλησίας ... συναχθείσης) largitus eis frumentum est: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.48.

**advolvo, -ere, -volvi, -volutus** **1** \**pass.: procumbere, prosterni:* Dum ... mei (*sic*) peccatoris pedibus flexis genibus humiliter advolutus audiret (*sc. rex*) hec omnia: 1288/? Sz 1910 p.5.

**aedificatio, -onis f.** **1 a** *actus aedificandi, exstructio:* Dedi ... Francisco ... et Ambrosio ... pro edificatione acervorum sales XIII: 1474 *DI* 103 763.

**aedificium, -i n.** **1 aedes, domus; \*in imag.:** Aliqui fratres ... ab altitudine religionis perfectissimae in barathrum peccatorum cadentes totum ... aedificium istius religionis conquassarunt: *Chron.F.M.O.* p.218. **\*4 transl.:** *amplificatio, incrementum – gyarapítás, gyarapodás:* Exaudirii (*sic*) debent a principe preces honissime (*sic*), maxime que respiciunt ad ecclesiarum edificium et munimen: 1222/1344 *CD Slov.* I p.203.

**aedifico, -are** **1 a** *exstruere, constituere, erigere; gener.:* Domos aedificare (τὰς οἰκίας ποιεῖν) iubebat viles serra tantum et securi: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.58. Scipionem iuniorem ferunt ... nihil aedificasse (μηδὲν οἰκοδομήσαι): *Ibid.* p.72. **\*3** (*vineam*) *constituere, (vites) serere – (szőlőskertet) létesít, (szőlőt) telepít:* Omnibus in promontorio silvae nostrae ... volentibus vineas aedificare contulimus hac iustitia mediante, quod *etc.*: 1344/XVIII *DF* 271 245. Si qui ex dictis populis iobagionibus in facie dicte possessionis Zwlws vineas edificaverint, tunc non prius decimas exigere possint de eisdem, quam *etc.*: 1418 *PRT* III p.493.

**\*aedilitas, -atis f.** *dignitas v. magistratus aedilium – aedilisi méltóság v. hivatal:* T. Quintius ... clarus fuit adeo, ut ante tribunatum et praeturam et aedilitatem (πρὸ ... ἀγορανομίας) consul crearetur: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.68. C. Marius ... aedilitatem curulem (ἀγορανομίαν τὴν μείζονα) ambiens ubi se sensit obtinere non posse, eadem die ad plebeiam transiit: *Ibid.* p.76.

**aeger, aegra, aegrum** **1 a** *morbo laborans, invalidus; de corpore:* **\*Nota mendam:** Ego Stephanus, ... licet eget (*recte:* eger, *quamvis ed. scribat:*

„recte: egeam”!) corpore, mente tamen per omnia sanus condo ... testamentum tale: 1515 *Mon.rust.* p.356.

**aegre adv.** 3 'ae. ferre v. \*pati': *indignari, irasci; cum acc.*: Cum advertisset aegre id ferentem (ἀχθόμενον) Evium: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.45. Olei multitudinem aegrius tulit (πρὸς ... ἠγανάκτησε τὸ πλῆθος τοῦ ἐλαίου): *Ibid.* p.62. Aegre id passa plebs (λυπούμενος ὁ δῆμος) cum eum pro tribunali perturbaret *etc.*: *Ibid.* p.75.

**aegritudo, -inis f.** 1 *morbus; \*nota locutiones*: Cum domina Vulfet ... in lectu (*sic*) egritudinis decidisset: 1271 *Haz.oklt.* p.60. Si quempiam ... infirmari contingant (*sic*), tamdiu, quousque in lecto aegritudinis decumberet, de singulis anniversariis ... habeat portionem: *Visit.Str.* p.63–64. – Licet eger corpore, compos tamen per omnia sue mentis, in ultima sua egritudine tale condidit testamentum: 1404 *Zsigm.oklt.* II,3468. De B. Ambrosio legitur, quod dum in lecto ultimae aegritudinis appropinquaret (*sic*), petitus a discipulis, ut sibi spatium vivendi a Domino impetraret, ... ait *etc.*: *Serm. dom.* I p.3.

**aegroto, -are morbo laborare, aegrum esse**: Remittente eo valitudinarios et emutilatos Macedonas ad mare, demonstratus (*cod.*: demiratus) quidam est, qui se inter aegrotantes (εἰς τοὺς νοσοῦντας) ascribi fecerat, cum langueret minime: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.45.

**aemulatio, -onis f.** a *in bonam partem: imitatio, sectatio \*ardens*: Que vero et scientibus ad recordandum utilia, et expertibus ad audiendum sunt pulcherrima, et emulationem excitant plurimam (ζῆλον ἔχει πολύν), ... ea breviter exsequi tentabo: IAN.PANN. *Ps.Dem.* p.614.

**aemulor, -ari \*2 optare, cupere – kiván, óhajt**: Vestram, dilectissimi filii, paterne condescensionis affectibus emulantes salutem, vobis consulimus, ... quatenus *etc.*: 1288/? Sz 1910 p.10.

2. **aemulus, -i m. competitor, adversarius, hostis**: Tu ... multos habens regni aemulos (πολλοὺς ἔχων περὶ τῆς βασιλείας ἀνταγωνιστάς), esto bonus et strenuus: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.42.

**aëneus, -a, -um \*(eneus) 1 aeratus, ex aere factus**: Ubi ... corpus ... Urbani episcopi in monumento sumptuoso atque eneo, per ... episcopum Syrmiensem suis sumptibus propriis extracto tumulatum esset: 1492 *Dl* 19 875.

**aënum, -i n. vas aeratum v. ex aere factum**: Inventarium condam Iohannis Fahydi super rebus eiusdem ... Item ahena, vulgo 'ewsth' II: 1491 *Dl* 36 326.

**aequalis, -e B de qualitate interna: \*2 eiusdem aetatis – egyidős, kortárs**: Alexander adhuc puer ... ad aequales, qui secum educabantur, aiebat (πρὸς τοὺς συντρεφομένους ἔλεγε παῖδας) *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.43.

**aequanimiter adv. 1 aequo animo, quiete, patienter**: Magister Petrus ea, que sibi iniuriose irrogata fuerant, ... licet non absque cordis amaritudine, equanimiter toleravit: 1273 *CD Arp.cont.* IX p.15. Universa sua et

ecclesie sue damna et iniurias equanimiter perferre paratus est. 1291/XVIII  
*Ibid.* X p.29.

**aeque adv.** 1 *a aequaliter, pariter, eodem modo; abs.:* Cum aliquando sententiam dicens populo collibuisse, et omnes aeque dicta sua videret approbantes (πάντας ὁμαλῶς ... ἀποδεχομένους), ... ait *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.55. 2 *b in comparatione; \*cum 'ac':* Aeque ac prius periclitari iam noles (οὐκ ἐτί γὰρ ἐθελήσεις κινδυνεύειν ὁμοίως) unus e divitum et beatorum numero factus: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.64. – *Minus accurate:* Ego ... meas gestas pariter et imperium uno Herculis verbo aeque esse haud censeo (τὰ ἐμὰς πράξεις μετὰ τῆς ἡγεμονίας ἐνὸς οὐ νομίζω ῥήματος ἀνταξίας εἶναι τοῦ Ἡρακλέους): *Ibid.* p.46.

**aequiformiter adv.** *in eadem forma, pariter:* Qui ... ad nos reversi aequiformiter retulerunt, quod *etc.*: 1474 CD *Teleki* II p.120.

**aequivalero, -ere** *aequipollere, eiusdem valoris esse; cum dat.:* In dominium aliarum porcionum ... possessionariarum prenotatis ... porcionibus possessionariis in fructuositate et valore equivalencium introire: 1514 *Mon.rust.* p.132.

**aequum, -i n.** 2 *'ex aequo' i.g. aequaliter:* Uti secum Asiam ex aequo (ἐπίσης) divideret: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.44.

**aequus, -a, -um** *\*(equilance pro aqua lance: 1378 DI 42 087)* 2 **b iustus, rectus; de rebus:** Ad Argivos, cum illi aequiora (δικαιότερα) Lacedaemoniis de agro contentioso allegare viderentur, ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.59.

**aër, aëris m.** *\*5 flatus (ventris) – szelek (a hasüregben), felfúvódás:* Propter repellere malum aerem pro raffano, vino et fico asso ac nucibus Hung<aricos> den<arios> 4: 1508 *M.Sion* 1863 p.226.

**aerarium, -i n.** 2 *thesaurus:* Pecuniam ei ex aerario (ἐκ τοῦ ταμείου) dari ... senatus censuit: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.68.

**1. aereus, -a, -um** 1 *ex aere v. cupro factus:* Pro ollis aereis *dedimus* 500 den<arios>: 1442 *Fejérpatak, Szám.* p.557.

**aërius, -a, -um** 1 *ad aërem pertinens:* Scutum ... coloris celestini aëreis varietatibus designatum, in cuius spatio pellicanus existit ... capite aureis radiis ornato, ... habens stellam lunamque aureas sub pedibus ipsis, ... damus ... per presentes (*litteras*): 1474 *Mon.herald.* II p.59.

**\*aerugo, -inis f.** *robigo (aeris) – (réz)rozsdá:* Thesaurum in celis abscondi dinoscitur, ubi nec erugo, nec tynea demolitur (*cf. Matth. 6,20*): 1295/1403 CD *patr.* VIII p.358. Quae testante Sacro Eloquio et ab eruginis rubigine, et a tineae demolitione illaesa semper et solida permanent: 1510/XVIII *DI* 21 984.

**aestimator, -oris m.** *qui pretium alicuius rei aestimat constituitque:* Retulerunt, quod ipsi ... unacum Aba et Philipo ... estimatoribus predictam possessionem ... pro centum et octuaginta (*sic*) marcis ... exstimassent: 1296 *Reg.Arp.* II/4 p.161. *\*Transl.:* Nec ... tam insolens mei aestimator sum, ut me Plutarcho ... oratori eloquentissimo conferre ausim: IAN.PANN. *Plut.dicta* dedic. p.32.

**I. aestivus, -a, -um** **I** *ad aestatem pertinens*: Domina regina ... exposita ... estivi caloris et brumalis algoris squaloribus: 1288/? Sz 1910 p.5–6.

**\*aestuaria, -ae f.** *caminata, stuba – fűthető helyiség, szoba*: In ... castro Budensi sunt domus CC. It<em> aestuariae seu stubae in ipsis domibus sunt IIII<sup>c</sup> LVIII: 1437/? TBM XIX. p.58.

**aestus, -us m.** **A** **I** *proprie: ardor, calor, fervor: \*c febris – láz*: Tanto calore fuerat succensus, ut totus sudans et fumans corpus et brachia velut amens iactaret, adeo ut plerique accurrentes ipsumque tenentes vestes eius pre nimio sudore madidas invenirent, et estum eius manibus ferre non possent (*ed.: possunt*): *Leg.sanct.Hung.* p.29<sup>v</sup>.

**aetas, -atis f.** **A** **I** **b**  $\alpha$  *spectat ad tempus; de homine; gradus vitae; gener.:* *\*Locutio: 'praeter aetatem' i.q. supra aetatem – korát meghazudtolva, korához képest*: Fabius equo desiliens praeter aetatem ( $\pi\alpha\rho' \eta\lambda\iota\kappa\acute{\iota}\omicron\nu$ ) accurrit et filium complexus ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut.dicta* p.67.



## *Kötetünk szerzői*

Bellus Ibolya,	ELTE, Budapest
Boronkai Iván,	MTA Ókortudományi Kut. Csopt., Budapest
Horváth Emőke,	ELTE, Budapest
Kosztá László,	JATE, Szeged
Kristó Gyula,	JATE, Szeged
Makai János,	Esterházy Károly Főiskola, Eger
Petrovics István,	JATE, Szeged
Piti Ferenc,	JATE, Szeged
Rasztik Tibor,	ELTE, Budapest
Stanislaw Szczur,	Jagelló Egyetem, Krakkó
Stanislaw Sroka,	Jagelló Egyetem, Krakkó
James Ross Sweeney,	Pennsylvania
Szovák Kornél	MTA Ókortudományi Kut. Csopt., Budapest
Veszprémy László,	Hadtörténeti Intézet, Budapest
Vígh Éva,	JATE, Szeged
Zsoldos Attila,	ELTE, Budapest

# CONTENTS

## *Studies*

- Attila Zsoldos:** Addenda to the intellectual historical background of the Hungarian Coronation Robe ..... 5
- Emőke Horváth:** Monuments of Gothic Historiography (The Historical works of Isidorus Hispalensis and Johannes Biclarensis). ..... 14
- Stanisław Szczur:** The Royal Congress of 1335 at Visegrád ..... 28
- Stanisław Sroka:** For relieving headaches (A recipe from the Middle Ages). ..... 43
- Tibor Rasztik:** Blacksmithing in the late mediaeval castle of Ónod ..... 49

## *Perspective*

- László Koszta:** Historical Studies in the last Decades on the Mediaeval Hungarian Church. .... 64

## *Sources*

- Iván Boronkai–  
Ibolya Bellus:** Pii II pontificis maximi  
De bello turconico liber imperfectus  
(From the workshop of a Humanist). ..... 106
- Éva Vígh:** A Royal Mirror by a 15th Century Unknown Spanish Author. Instruction for Princes. .... 128

## *Over the Borders*

- James Ross Sweeney: **An Introduction.**
- J. R. Sweeney:** A Bibliography. .... 143
- J. R. Sweeney:** Innocent III and the Debate over the Election of the Archbishop of Esztergom. Historical Background to the II. Decretal „A Bone Memorie”. ..... 147

## Reviews

- Mediaeval Short Stories  
(*Középkori történelmi oklevelekben 1002–1410 [mediaeval stories in charters 1002–1410] Selected by Gyula Kristó. Szeged, 1992.*)  
**László Veszprémy.** ..... 170
- Anonymus in Latin and German  
(*Die „Gesta Hungarorum“ des anonymen Notars. hg. von Gabriel Silagi Unter Mitarbeiter von László Veszprémy, Sigmaringen, 1991.*)  
**Gyula Kristó.** ..... 173
- The Laws of the Árpád Era in English  
(*Decreta Regni Medieualis Hungariae I. The Laws of the Medieval Kingdom of Hungary, 1000–1301. Trans. and ed. by J. M. Bak, Gy. Bónis and J. R. Sweeney. Bakersfield, 1989.*)  
**István Petrovics.** ..... 177
- Castle Building in the Fifteenth Century  
(*Várak a későközépkorban. Die Burgen im Spätmittelalters. Castrum Bene 2/1992. Ed. by Juan Cabello. Budapest, 1992.*)  
**Ferenc Piti.** ..... 182
- An Extraordinary Voyage  
(*P. E. Taviani: Kolombusszal Amerikába – 1492 [To America with Columbus]. Budapest, 1992.*)  
**János Makai.** ..... 185

## Supplement

- Iván Boronkai–  
Kornél Szovák:** Addenda to Volume I. of Dictionary  
of Mediaeval Latin in Hungary ..... 187

# INHALT

## *Studien*

- Attila Zsoldos:** Beiträge zum geistesgeschichtlichen Hintergrund des ungarischen Krönungsmantels ..... 5
- Emőke Horváth:** Zeugnisse der westgotischen Historiographie (Die Geschichtswerke von Isidorus Hispalensis und Johannes Biclaensis) ..... 14
- Stanislaw Szczur:** Das Königstreffen in Visegrád im Jahre 1335 ..... 28
- Stanislaw Sroka:** Ein Rezept aus dem Mittelalter ..... 43
- Tibor Rasztk:** Schmiedearbeit in der spätmittelalterlichen Burg Ónod ..... 49

## *Ausblick*

- László Koszta:** Historische Untersuchungen der letzten Jahrzehnte bezüglich der mittelalterlichen ungarischen Kirche ..... 64

## *Quellenveröffentlichungen*

- Iván Boronkai–  
Ibolya Bellus:** Pii II pontificis maximi De bello turconico liber imperfectus (Aus der Werkstatt eines Humanisten) ..... 106
- Éva Vigh:** Der Königsspiegel eines unbekanntenen spanischen Autors aus dem 15. Jahrhundert. Wegweiser für einen Herscher ..... 128

## *Jenseits unserer Grenzen*

- Wir stellen James Ross Sweeney vor**
- Bibliographie von J. J. Sweeney** ..... 143
- J. R. Sweeney:** Innozenz III. und die Diskussion um die Graner Erzbischofswahl. Der historische Hintergrund des II. Dekrets „Bone Memorie” ..... 147

## Beobachter

Mittelalterliche Novellen ( <i>Középkori históriák oklevelekben. /1002–1410/, Válogatta: Kristó Gyula Szeged, 1992.</i> ), <b>László Veszprémy</b> .....	170
Anonymus – auf Latein und Deutsch ( <i>Die „Gesta Hungarorum“ des anonymen Notars. Hg. v. Gabriel Silagi. Unter Mitarbeit v. László Veszprémy, Sigmaringen, 1991.</i> ) <b>Gyula Kristó</b> .....	173
Unsere Gesetze aus der Arpadenzeit auf Englisch ( <i>Decreta Regni Medievalis Hungariae I. The Laws of the Medieval Kingdom of Hungary, 1000–1301. Trans. and ed. J. M. Bak, Gy. Bónis and J. R. Sweeney, Bakersfield, 1989.</i> ) <b>István Petrovics</b> .....	177
Der Burgbau im 15. Jahrhundert ( <i>Várak a későközépkorban, Die Burgen im Spätmittelalters. Castrum Bene 2/1992. szerk. Juan Cabello, Bp. 1992.</i> ) <b>Ferenc Piti</b> .....	182
Eine außerordentliche Reise ( <i>P. E. Taviani: Kolumbusszal Amerikába – 1492. Budapest, 1992.</i> ) <b>János Makai</b> .....	185

## Anhang

<b>Iván Boronkai– Kornél Szlovék:</b> Ergänzungen zum ersten Band des Wörterbuches des mittelalterlichen Lateintums in Ungarn .....	187
--	-----



Az AETAS történettudományi folyóirat. Kiadója: az AETAS Könyv- és Lapkiadó Egyesület. A szerkesztőség szervezetenként önálló. A lap közöl: történeti tárgyú tanulmányokat, forrásokat, kritikákat, ismertetéseket, interjúkat. A szerkesztőség a társadalomtudományok más ágai elől sem zárkózik el. A lapban megjelent írások közlésénél kizárólag szakmai szempontok érvényesülnek. Kéziratokat a szerkesztőség nem őrizz meg és nem küld vissza.

\* \* \*

Az AETAS nem rendelkezik állandó anyagi forrással. Megjelenését alapítványi támogatás teszi lehetővé. A lapra ezért hosszú távú előfizetést nem tudunk elfogadni. Az AETAS több vagy akár egy száma is előjegyezhető a szerkesztőség címén. Az előjegyzett számokat postai utánvétellel juttatjuk el a megrendelő címére.

\* \* \*

Az AETAS-t a szerkesztőség terjeszti. A lap megvásárolható:

*Budapest:* Magiszter könyvesbolt, V. ker., Városház u. 1.; Studium Könyvesbolt, Váci utca 22.; Eötvös Könyvesbolt, Kecskeméti u. 2.; Országos Széchényi Könyvtár könyvárusa, Budavári Palota F. ép. Aula; Írók Boltja, Parnasszus Kft., Andrássy út 45.; Századveg Könyvesbolt, V., Veres Pálné u. 4-6.; Pont Könyvesbolt, Mérleg u. 6.; Könyváruház, Rákóczi út 14.; Könyvbörze és Hang (Központi iroda: Budapest V., Vörösmarty tér 1. IX/958. Levélcím: 1425. Budapest Pf.: 665.); Könyvbörzeraktár (a Rákosvölgye Mgtsz területén) Budapest XVII., Pesti út 474.; Értékmentő böngésződék: Budapest VIII., Somogyi Béla u. 10., Budapest XI., Andor u. 56.; ... és beszerezhető minden könyvárusnál, aki a Könyvbörze és Hang partnere!

*Szeged:* Radnóti Könyvesbolt, Tisza Lajos krt. 34.; Katedrális Bt.: Sík Sándor Könyvesbolt, Oskola u. 27., Dugonics tér 12.; Móra Könyvesbolt, Kárász u. 5.; Egyetemi könyvárus, Egyetem u. 2.; JGYTF Kiadó Jegyzetbolt, Boldogasszony sgt. 6.; Idegennyelvű Könyvesbolt, Kárász u. 22.

*Debrecen:* Egyetemi könyvárus, KLTE főépület fsz. Egyetem tér 1.

*Pécs:* Szövegbolt, Ifjúság u. 6.; Egyetemi Könyvesbolt, Mátyás király u.

*Szombathely:* Savaria Könyvesbolt, Mártírok tere 1.

\* \* \*

A szerkesztőség címe:

6701 Szeged, Pf.: 1179.

Szerkesztőségi titkár: Aradi Zsuzsanna

Az egyháztörténetírás visszaszorítása az egyház elleni politikai harc részévé vált, története pedig mint a klerikális reakció előtörténete jelent meg. A katolikus egyházban a nagybirtok, az idegen uralom kiszolgálóját, a függetlenségi harcok árulóját látták. A történelmet a politikai propaganda eszközüvé alacsonyító tudományirányítás pozitív oldalra helyezte a rendi függetlenségi küzdelmeket, s így az ezekkel a mozgalmakkal összefonódó reformáció kutatása némi helyet kaphatott, legalábbis annak bizonyos fejezetei. Egyetemeken ugyan nem, de az intézetekben kiváló protestáns történészek dolgozhattak. A katolikus történetírás viszont teljesen visszaszorult.

(Kosztai László „A középkori magyar egyházra vonatkozó történelmi kutatások az utóbbi évtizedekben” című írását a 64–105. oldalon olvashatják.)